ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 21v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



piscentia ad procreandū moueri qui uerant, Et
sicuti in cultu ruris agitur ad segetes procreandas,
Ita adam sine concupiscentia: in illa muliere ua
luit prolem procreare; Salua hystoriali narra
tione potest referri ad fecunditatem animae:
crescite id. ē multiplicamini augmentando uirtutes:
et replete terram sub carnis uirtutibus fecundate;
et subicite spiritui et domini nami bestiis: hoc. ē, motibus
quos similes bestiis habetis p temperantiā; Qui si
erumpunt in pernitiosas delectationes, similes sunt
bestiis: Si aūt reguntur, omnino mansuescunt. Hinc
paulus ait. qui aūt sunt xpi, carnem suā crucifixerūt.
Sed quaeritur, in quā utilitatem dominatione ac
cepit homo in pisces, et uolatilia et cetera uel ad quos
usus. Non enim cōmederet, sin peccasset. sed ad es
cam solū arborū sunt fructus. In prima conditione
concessi; Nisi forte dicendū est. quia peccaturum
presciebat eū ds. et mortalem peccando futurū;
Ideoque solacia primordialiter instituit: quib; suā
fragilitatē possit tueri, seu alimentū ex his, uel cetera
v. 29. necessaria; Dixque ds. ecce dedi uob omnē erbā
et uniuersa ligna et cetera. usque: ut sint uob in escā
v. 30. et cunctis animantibus terrae; Cur enim erbae